



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Approbatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](#)

---

*APPROBATIO M. FR. DOMINICI VELEZ,  
ex Augustiniana familia.*

**A**ccuratè vidi hoc Opus Sapientissimi Patris Ferdinandi de Castro Palao Legionensis, decreto Domini, Domini Ildefonsi Flores de Valdez, apud Salmantenses collegas Sancti Pelazij Rectoris, & in hac Metimnensi Abbatia pro Domino Episcopo Vallisoletano Generali Vicario, mihi commisum. In eo Author obvia petransiens, difficiliora & minus trita diligenter congesit, digestis ut iliter. De aliorum placitis graue iudicium, quod fert proprium, fortis ratione tuerit: Vtique foro necessarius liber est: & qui improbo non pepercit labori. Et ita pollet acumine, ut cuilibet, qui possit occurrere, casui praescius occurrit. Quapropter opus suo Authore dignum, & quod in tot, necnon tantorum librorum multitudine, qui de hinc materia agunt, sanè deerat. Metimna del Campo, in Conuentu S. Patris N. Augustini, die 28. mensis Iulij, Anni 1630.

Fr. DOMINICVS VELEZ.

---

*Facultas Domini Vicarij Metimnensis.*

**V**isa hac censura P. M. Fr. Dominici Velez Ordinis S. Augustini, cui examinandum commisimus librum, dictum: *Opus morale, de Virtutibus & Vitiis contrariis, Tertia Pars*; à P. Ferdinando de Castro Societatis IESV, in Collegio Metimnensi Rectori, elaboratum: Facultatem concedimus, ut in communem virtutem typis mandetur, premissis iis qua Hispaniae iura prescrivent. In quorum fidem, hoc nostra, & infra scripti Vicarij manu signatum, instrumentum dedimus. Metimna del Campo, die 29. mensis Iulij, Anni 1630.

Licentiatus IDEFONSUS FLORES DE VALDEZ.  
De mandato Vicarij Metimnensis,  
PETRVS DE AVENDAÑO.

---

*FACULTAS R. P. PROVINCIALIS  
Societatis IESV in Provincia Castellana.*

**E**go Gaspar de Vegas Praepositus Provincialis Societatis IESV in Castellana Provincia, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admōdum Patre Mutio Vitelleschi Praeposito nostro Generali, facultatem facio, vt Tomus Tertius de Virtutibus & Vitiis contrariis, à Patre Ferdinando de Castro Palao nostra Societas, Sacrae Theologiae Professore compositus, & eiusdem Societatis grauius, doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Metimna 8. Iulij, Anni 1630.

GASPAR DE VEGAS Provincialis,  
JOANNES DE LIGANA Sec.

---

*APPROBATIO.*

**J**OHANNES CLAVDIUS DEVILLE, in sacra Theologia Doctor, Custos sanctæ Crucis, in Ecclesia Lugdunensi, & in hac Diecepsi Vicarius Generalis substitutus Domini, D. Alphoni Ludouici du Plessis de Richelieu, Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi & Comitis Lugdunensis: fidem facimus, nos hanc Tertiam Partem Operis Moralis de Virtutibus & Vitiis contrariis, in variis Tractatus & Disputationes Theologicas distributam, à R. P. Ferdinando de Castro Societatis IESV compositam, evoluisse, omniisque in ea iuxta Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ, Sanctorumque Patrum sanam doctrinam summa cum eruditione, singularis ingenij acumine, & eximia mentis perspicuitate exposta comprobata esse. Lugduni, Non. Ianu. 1635.

DEVILLE.

**N**os quoque subsignati Doctores Parisienses, fidem eandem facimus, & attestamus omnibus ad quos quodmodocunque spectabit, prefatam Tertiam Partem Operis Moralis de Virtutibus & Vitiis contrariis, in variis Tractatus & Disputationes Theologicas distributam, à R. P. Ferdinando de Castro Societatis IESV compositam, vidisse, & nihil in ea reperientes fide indignum Catholica, ut in lucem ederetur dignum iudicasse. Lugduni, in Conventu S. Bonaventuræ, die 4. mensis Februarij, Anni Domini 1635.

Fr. DESIDERIVS RICHARD,  
Guardianus prefati Conventus.  
Fr. BERNARDINVS MOLIASSON.

OPVS